

Via ei vestibus et floribus or-
natur et tamen ipse lacrimabat
et in contemptibili iumento se-
dere non erutescit. vadens ad lo-
cum passionis scilicet ad regiam ci-
uitatem in festo pasche. ubi om-
nes iudei congregati erant. ut
eius passio omnibus nota fieret
et amarior redderet. Ideo tam
locus quam moriendo populi affli-
ctionem augent sue passionis
in nullo sibi parcere volens. ob
amorem hominis in hac septi-
mana sacratissima quolibet spe-
cialia opera nostre salutis exer-
cere voluit indefinenter predi-
cando. orando. corrigendo. scri-
bas et phariseos. ut patet Ma-
thæi. xliij. Miracula multa faci-
do mensas nummulariorum et
vendens columbas in templo
duertit. Ideo quilibet dies nome-
nouum sibi imposuit. Nam heri
fuit hospes amabilis in bethaz-
ania hodie rex humilis acclama-
tur. Feria secunda iudex miseris
coris. quia mulierem adulteram
sibi adductam a phariseis libe-
rauit. Feria tertia fuit propheta
sapientissimus. quia post mul-
tas doctrinas et parabolas de
consumatione seculi. et suo ad-
uentu predixit. Mathæi. xxiiij. fe-
ria quarta factus est merces con-
ceptibilis. quia a iuda pro triginta
argenteis venditus. Cui om-
nes similes sunt qui iustitiam et

veritatem venalem exponunt.
Alii pro vno denario aut grosso
aut fauore et laude humana. et
Feria quinta factus est panis vi-
uus in cena cibans apostolos.
et eos sacerdotes ordinans quo
pane omnes christiani sunt refici-
endi usque ad finem mundi. Fe-
ria sexta factus est agnus occisus
in cruce. Isai. liij. Sicut ovis ad
occisionem ducetur. et non ape-
riet os suum. Sabbato factus
est granum frumenti in terra mor-
tuum quando iacuit in sepulcro.
xl. horis. et post resurrectionem
fecit multum fructum. Ipso die et
resurrectionis factus est leo foris
simus quia diabolum vicit. Ecce
vicit leo de tribu iuda inferni
portas ferreas destruxit. et suos
electos inde liberauit. ecce sero
die resurrectionis factus est pegeri-
mus duobus discipulis eunibus
in emaus. Ecce quod venerabilis
et deuota septimana quam pagani
debent cum magno cordis do-
lore tam pro peccatis nostris in-
flendo et recuperando negligenti-
as in hac. xl. missas quam christi pas-
sioni et morti comparando dicen-
tes cum Thoma. Eam et moriamur
cum illo. et ut resurrectionis
eius consortia mereamur. quam nobis ideo
dignetur. quod est benedictus in secula amen
¶ **Q**uia transisset sabbatum
maria. et. Marci ultimo

In die pasche